



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

16. An Capitulum Sede vacante ordinet intra annum contra formam  
Concilij Tridentini, ordinatus tamen possit obtinere beneficium? Ex part. 8.  
tract. 4. res. 44.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

RESOL. XV.

An si Capitulum Sede Vacante ordinet intra annum contra formam Concilij Tridentini, ordinatus tamen possit obvinere beneficium? Ex p. 8. tract. 4. Ref. 44.

§. I. **P**ræsentem difficultatem proponit Merolla tom. 3. disp. 7. dub. 5. n. 81, & sic respondet: Videtur, quòd non, quia quòd quis fit capax beneficij Ecclesiastici, est clericale privilegium, vt probatur ex c. ex literis, de transact. & ex cap. de inflit. Sed ordinatus contra formam supradicti decreti, non gaudet privilegio clericali, vt ibi dicitur; ergo, &c.

2. His tamen non obstantibus dicendum est, posse habere beneficium, quia taliter ordinatus non amittit privilegium ipso iure, sed est priuandus per sententiam, vt docet Nauarr. consil. 20. de rem. ordinat. in 1. edit. & patet, quia Concilium vitur verbo gaudeat. quòd cum sit futuri temporis, non denotat poenam ipso iure impositam, sed imponendam iuxta doctrinam, communiter receptam, quam tradidimus tom. 2. c. 5. igitur, donec priuetur, est capax Beneficij.

3. Et ita hanc sententiam docet etiam Rodriguez in sum. tom. 1. c. 7. n. 20. vbi sic asserit: El ordenado contra la forma de aquel capitulo del Concilio Tridentino de ordenes menores dentro del año de la Sede vacante, aunque quede priuado del privilegio clerical, puede empero obtener el beneficio, porque segun Nauarro, no pierde ipso iure el dicho privilegio, sino procede sentencia del juez, en la qual se priuato, se le pone embargo, porque el Concilio Tridentino usa desta palabra, gaudeat, la qual ya que es de tiempo futuro no induce pena ipso iure, conforme a vna glosa comunemente recibida. Ita ille.

RESOL. XVI.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare, vt quis ordinetur non seruatis temporum interstitiis? Et quid quoad hoc de Vicario Capituli Sedis Vacantis? Ex p. 8. tract. 4. Ref. 5.

§. I. **A**ffirmatiuè respondent aliqui, eo quòd hęc facultas in ipsius Episcopi officio, & potestate imbibita esset, non tam ex commissione speciali, quàm ex Concilij dispositione, & Capitulum succedat, non tantum in ordinaria iurisdictione iure communi generali ad Episcopum spectante, vetum in pertinente ad eandem iure communi speciali, iuxta Doct. Abb. in cap. si clerici, num. 17. de iudic. vbi Decius num. 150. idem Abb. in c. verum, num. 9. de foro compet. Genuens. in praxi Cur. Archiepiscop. Neapol. cap. 83. num. 1. & cap. 84. num. 2. Campanil. in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. n. 75. Nicol. Garcia dicto cap. 7. num. 38. & seqq. & plures congerens Cened. in collect. 4. ad sextum, num. 3. & in practic. canon. quest. 26. num. 28. versic. Ego tamen. Emanuel Rodet. 1. tom. regular. question. 61. art. 9.

2. Et ita in terminis interstitiorum plures declaratum fuisse per congregationem Cardinalium, testatur D. Valenzuela conf. 107. num. 17. volum. 3. & resoluunt Suarez tom. 4. disp. 28. sect. 5. in princip. Thom. Sanchez de marrim. lib. 3. disp. 29. num. 14. Valerius Reginald. in praxi fori penitent. lib. 1. num. 180.

3. Et

in tr. 3. Ref. 12. lin. 4. & in Ref. 25. 5. ad lin. 3. & in Ref. 34. ad lin. 10. & infra 5. pe. mult. & seq. & hi supra in tr. 1. Ref. 69. 5. v. 2. à lin. 4.

in Concilio Carthaginensi, quod plenius præ ceteris de Ordinibus egit: nam in cap. 3. de Presbyteri ordinatione, cap. 4. de ordinatione Diaconi; cap. 5. de ordinatione Subdiaconi; cap. 6. de ordinatione Acolyti; cap. 7. de ordinatione Exorcista; cap. 8. de ordinatione Lectoris; cap. 9. de ordinatione Ostiarij; nullibi verò in eodem Concilio tractatur in Ordinum enumeratione de Tonfura.

2. Deinde, eidem Theologorum sententiæ non parum suffragatur Romanum Pontificale: nam in tit. de consurando Clerico, non apponit, vt motis est, dum de aliis minoribus Ordinibus agit, verba illa: De ordinando Clerico, sed adhibet ista: De faciendò Clerico. Statim verò sequitur: De ordinatione Ostiarij, Exorcista, &c. vbi vides, Romanum Pontificale Tonfuræ collationem ordinationis nomine minime appellandam iudicasse.

3. Vnde Garcia de benef. tom. 6. p. 5. cap. 7. n. 93. asserit quandam declarationem Cardinalium sic asserentiū, Sacra Congregatio censuit, textum hunc non comprehendere Tonfuram, & in minoribus Ordinibus constitutos, non suspendi.

4. His tamen minime refragantibus, negandum est posse Capitulum, Sede Vacante, literas dimissoriales concedere pro prima Tonfura; nam Concilium in d. cap. 10. in princ. generaliter dicit, quòd non liceat Capitulo infra annum ordinandi licentiam, aut dimissoriales concedere; ergo, quamuis prima Tonfura non sit propriè ordo, tamen literæ, quæ ad eam suscipiendam conferuntur, dicuntur propriè literæ dimissoriales, & per consequens in verbis Concilij videtur comprehensa prima Tonfura. Accedit, quòd consuetudo sic interpretata est hoc decretum Concilij, & ita communiter intelligitur, & practicatur.

5. Adde, quòd Canonistæ negant primam Tonfuram non esse Ordinem.

Primò ex iure Canonico; nam in cap. cum conuingat, de arate, & qualitate ordin. prima Tonfura vocatur Ordo clericalis: & eodem nomine vocat glossa in cap. nullus, de tempor. ordin. in 6. in verb. tonfura.

6. Secundò, primam Tonfuram initiati gaudent Clericorum privilegijs: sunt enim capaces beneficiorum, quorum sunt incapaces laici, c. 2. de inflit. & c. ex literis, de transact. fruuntur privilegio canonis, si quis suadente, gloss. in d. c. cum conuingat. Cum ergo Tonfura habeat privilegia aliorum Ordinum, meritò Ordo dici debet.

7. Tertio arguitur ex Conc. Trid. sess. 14. de reformatione. c. 2. vbi in initium prima Tonfura ab alieno Episcopo, sine licentia proprij, suspendit: & sess. 23. de reformatione. c. 4. & 6. eadem prohibitionem ligat istos qua & minoribus Ordinibus initiatos. Dum ergo Concilium pares faciat quoad supradicta, signum est, voluisse inter Ordines esse connumerandam Tonfuram.

8. Ad declarationem verò S. Congregationis in contrarium adductam, responderi potest cum Garcia loc. cit. 96. intelligi tantum, vt decretum Tridentini non comprehendat primam Tonfuram, quoad poenas ibi impositas contra ordinatos in minoribus, & maioribus Ordinibus: nam appellatione Ordinum minorum, secundum communem usum loquendi, particulariter eiusdem Concilij Tridentini, solum veniunt quatuor minores, & non prima Tonfura, quæ ab illis distinguitur, vt patet ex sess. 23. cap. 4. 5. 6. 10. & 11.

Et ideo nostram sententiam tenet etiam Zypæus in iure Pont. nouo, lib. 3. tit. 9. n. 2.

Sup. hoc in Refol. 7. not. præterea in fine eius §. 1.

RESOL. XVII.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare cum illegitimis quoad ordines minores, & quoad beneficium simplex?

Et an etiam Vicarius Capitularis possit concedere hanc dispensationem, nisi habeat speciale mandatum? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 6.

§. 1. Negativè videtur respondendum ex Profpero de Augustino in addis. ad summam Bull. Quarta, vrb. Capitulum; §. secundo queros, & Moneta de commut. ultim. volum. cap. 5. n. 428. asserentes, Capitulum Sede Vacante posse tantum dispensare, quando dispensatio est debita, secus autem, quando est mera gratia.

2. Sed contrariam sententiam tenent communiter Doctores, & ita docet ex neotericis Felicianus à Vega in c. 4. de iudiciis, §. de adulteris, num. 53. & Solorzanus de Indiarum iure, tom. 2. lib. 1. c. 13. n. 13. asserentes posse Capitulum dispensare cum illegitimis ad Ordines minores, & beneficium simplex, iuxta t. 1. de filii Presbyter. in 6.

3. Sed licet hoc verum sit, ego tamen puto cum Merolla tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. num. 14. hanc dispensationem non posse concedere Vicarium Capitularem, nisi habeat speciale mandatum. Vnde non deseraim hic apponere verba Rodriguez in summa tom. 1. cap. 71. num. 5. sic asserentis, El Cabildo Sede Vacante, puede dispensar en los casos que puede el Obispo, como con Abbad y otros lo sigue espresamente Navarro, diciendo que puede dispensar con el illegitimo para las ordenes Menores, y beneficio simple, aviendo legitima causa, y porque aviendo la justicia se executa, mas no lo puede hazer el Vicario simplemente dado por el Cabildo, salvo si concediendole algunos casos le concede la licencia general, como lo tiene Federico. Ita ille.

RESOL. XVIII.

An sententia degradationis possit fieri à Vicario Capituli Sede Vacante, & actualis ab Episcopo, cui ipse commiserit?

Et notatur Episcopum electum, & confirmatum, non tamen consecratum posse cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet.

Et an Prælati Regularis non possit iure communi deponere, nec degradare subditos, nisi competat ei consuetudine, vel privilegio.

Et an sit aliquod privilegium, quod extendi possit ad depositionem verbatim tantum? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. Ref. 51.

§. 1. Suppono in degradatione adesse tres actus. Primus est, cognoscere de crimine merente Degradationem; Secundus est, ferre sententiam; Tertius est, exequi degradationem actualem. Et quidem de tertio actu Doctores omnes unanimiter conveniunt, fieri non posse à Vicario Capitulari. Difficultas est de aliis duobus actibus: Et affirmativè respondendo, cum Avila de Censur. p. 4. disp. vnic. dub. 2. concl. 4. qui testatur, in facti contingentia Capitulum Cuzquense Sede Vacante, protulisse sententiam Degradationis actualis contra quendam Sacerdotem, propter enorme quoddam homicidium. Et ratio est, quia huiusmodi sententia non est actus ordinis,

Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Rodriguez in summa tom. 1. cap. 71. num. 18. vbi sic ait: La facultad que concede al Concilio Tridentino, para remitir los intersticios, compete al Vicario del Capitulo Sede Vacante en los casos que puede conceder licentia para si ordenar como lo dize Estefano Charanta, afirmando que oyo decir, que la Sacra Congregacion lo declaró assi. Ita ille.

4. Sed aliqui admittunt ita absolutè hanc opinionem, quoad Vicarium, sed limitant illam duobus modis. Primo, nisi quando Vicarius habuit ad id speciale mandatum à Capitulo, quia in generali mandato non venit potestas dispensandi. Ita in terminis Merolla tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. num. 48. Secundo limitant dispensationem etiam interstitionum, & putant post elapsum primum annum Sedis Vacantis faciendam esse. Nam cum Capitulum intra illum non possit concedere licentiam recipiendi Ordines, nec ad talem effectum litteras dimissorias, cap. cum nullus, §. Episcopo, de temp. ordinat. in 6. Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 10. & sess. 23. cap. 10. cum traditis à Zerola in praxi Episcop. 1. part. vrb. Capitulum num. 1. prohibita quoque illi videntur ea, quæ ad ipsos Ordines præparantur, argumentum l. Oratio de sponsal. & eorum, quæ tradit Barjon l. cum lex. ff. de fideiussor. Socin. in l. legem, num. 12. c. de pass. & Cephal. consil. 175. n. 3. lib. 2.

5. Et ita hanc sententiam in terminis tenet Zipæus de iure Pontif. novo l. b. 3. tit. 9. num. 2. & Solorzanus de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 14. qui etiam observat eodem modo practicandam esse licentiam, quam Capitulum habet convocandi Episcopum extraneum ad Ordines intra suam Diocesim conferendos sub cautela, quod nullum ius sibi acquirat, de qua in cap. Pontifices 7. quest. 1. cap. is cui, 42. de elect. lib. 6. gloss. vrb. spiritualibus, in cap. si Episcopus, de supplend. negligent. Prælat. eod. lib. Jacob. Put. lib. 2. decis. 407. n. 2. Navarrus consil. 44. de tempor. ordinat. & Rebuffus in præcl. tract. de devolut. n. 6.

6. Verùm absolutè affirmativam sententiam tenet Machadus de Perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. tract. 1. de crim. 7. num. 4. vbi sic ait: No es raenon dudosa, y contrario entre los Doctores, si el Cabildo Sede vacante, y a que dentro del año no pueda conceder Reverendas, pueda por lo meno dispensar en los intersticios con los ordenantes. Algunos Autores sienten que nunca puede; porque esta facultad la concede con especialidad al Concilio Tridentino à la prudencia, y juicio del Obispo, que considerada la necesidad, ó vtilidad de la Iglesia pueda dispensar. Y assi parece que queda excluido el Cabildo Sede vacante. El Doctor Solorzano siente, que como sea pasado el año, que el Concilio prohibe al Cabildo dar Reverendas, puede legitimamente dispensar en los intersticios; fundado como siempre en un principio de Derecho, que dize: Prohibito vno, genentur omnia prohibita, per que ad illud pervenitur. Pero la mas comun, y recibida opinion de muchos Autores es, que en qualquiera tiempo puede el Cabildo Sede vacante, ó su Vicario dispensar en los intersticios, aunque dentro del año no pueda conceder Reverendas; y assi afirman otros declarando la Sacra Congregacion de los Cardenales fundarse en que el Cabildo Sede vacante, no solo sucede en la jurisdiccion del Obispo que por derecho ordinario le compete, sino tambien en la que por derecho especial.

Sup. hoc infra in Ref. 23. ad lin. 7. & magis ample quavis cufim supra in tr. 4. Ref. 64. §. Notandum, ante mediū, vrb. posse etiam; & in Ref. 66. §. Verum, paulo post initium vrb. Idem quod, quamvis ibi pro parte Sacerdotum & Minorum.

Sup. hoc in tom. 2. Ref. 12. Obliterat